



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

98 Leges Reip vtiles condere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

reporauit, quod animo magno infractoque Regem cunctantem responsumque differente vix circum scripsit, ne vltra spatium illud differendū exiret, eoque Antiochum adegit, vt bellum contra Ptolemæum Regem populi Rom. amicum susceptum omitteret. *Lin. lib. 45.*

6. *Cineas*, teste Pyrrho plures orationes quam Rex armis vrbes subegit. (*Plut. in Pyrrho*) De legationibus doctè scripsit Albericus Gentilis, I. D.

Leges vtilis ferre.

Vide Signum 31.

Ratio.

SIGNVM XCVIII

LEGES REIP. VTILES CONDENDI

Arist. 3. *Pol. c. 1.* docet, non modo peritiam sed necessariam quoque esse conditionem legum. Debent enim ciues regulam aliquam manam habere, qua in quotidianis actionibus consuetudinibus humanis dirigantur. Quod item Magistratus Politicus possit ferre leges diligentes in conscientia ad peccatum, docet *Aristotolus ad Rom. 13.* vbi dicit: 1. omnes homines ideo subditos esse illi debere: quia potestatem sit à Deo. 2. Dei ordinationi resistere, qui Magistratui resistit. 3. eum damnationem acquirere (æternam, vt Patres exponunt.) 4. non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam habere esse subditum, & legibus parere. Quomodo enim Magistratus posset præuaricatores inter legum morte multare, si culpam in conscientia præuaricando non contraxerunt? Omnis pena iusta est, poena peccati est. *Augustin. 1. Sermon. cap. 9.*

Cyrus interrogatus, quosnam putaret esse viles



hos respondit, lege non vrentes (*Max. serm. 58.*)

Ann. Justinianus imp. splendidam de Vandalis

anno Christi 534. reportasset victoriam, posteros

omnes Principes suo docuit exemplo, post po-

pulos Dei beneficio debellatos, tum verbis, tum

factis gratias summas Diuino Numini esse red-

endas: verbis quidem ea animi summissione de-

promptis, vt cuncta ipsi Deo Optimo Maximo

ferantur accepta, ne illud blasphemum profe-

rant, vt impiè cum impijs dicant: (Deut. 32.) Ma-

ius nostra excelsa, & non Deus fecit hac omnia.

Multiudo factis verò gratias agant, vt intelligentes ea se

lege tanta esse consecutos à Deo, vt deuicto po-

pulo non tyrannicè præfint; sed profint: se vt pa-

stores gerant. pascentes, & non depascentes po-

pulum sibi à Deo creditum. Hac enim conditio-

ne præfici populis à Deo Reges Dauid Rex his

verbis docet: Psalm. 77. Paut (Dauid) eos in inno-

centia cordis sui, & in intellectu manuum suarum

deduxit eos. Quod tunc fit, cum sanctis legibus

eorundem prospiciunt securitati, atque quieti,

dum leges iuste sancteque præscribunt Magistra-

tibus atque militibus subiectas sibi prouincias

moderantibus & defendentibus, optimè scien-

tes primùm hos legibus coercendos, ne populus

ab his pati cogatur, quæ vix ab hostibus perpeti

consuevit, vbi Magistratibus atque militibus li-

beræ laxantur habent.

Baron. Anno Christi 535. de eodem Iustiniano

ait: Prosperè cuncta cedunt Imperatori, dum per-

inde atque omni feriatu bello in summo otio

tranquillaque pace dies duceret, nihil præterea

curasse visus est, nisi vt nouis semper iteratis le-

gibus, Catholicæ veritati bene còsultum esset, &

quàm

Baron.

Tom. 7.

Li. lib. 1.

Multiudo

coalescere

in vniu po-

puli corpus

nullare

quàm legi-

tum potest.

quàm iustissimè per Prouinciarum Præfides uersum administraretur Imperium, & successentes diuersis ex causis prauos mores leges falce succideret. Cùm in expeditione esset, citus, ipse Imperator totus erat in legibus sciendis, probeque scitas leges etiam ipsas mentissima esse ad hostes vincendos arma id institutionum exordio hac ipsa voluit seminare. claratum: *Imperatoriam Maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet ornari, ut utrumque, & bellorum, & pacis possit gubernare.* Intelligebat enim ad bellum perandos præstare leges armis, quæ proferuntur, tusa atque inutilia omnino reddantur, cum in isticia viget, prauique mores insurgunt, & in scelera dominantur.

Peius autem esse videtur in legibus condendis errare, quàm hominem interficere, eoque talis error per multa secula multos necat, & in animo, quàm corpori nocet. (*Plato 5. de leg.*) Quare 1. conditio sit bonarum legum, ut uentuantur propter iustitiam & utilitatem publicam non commodum priuatum paucorum: spei salutem ciuium, & ciuitatum incolamuram. (*Plato in Critia, Isocr. in Panathenais, Cuius leg.*) 2. ut sint pauca: quò enim plures leges habent, eò maior litium foetura, & lites plures illarum interpretatione oriuntur. Et est argumentum malè constituta Reip. ubi multæ sunt leges. *Archefilaus Schyria* dicebat: Multas leges non aliter ægræ ciuitatis esse indicium, atque Medicis multo argumento sunt multos morbos in ciuitate grassari. (*Laërt. lib. 6.*) Itaque paucas Solon, pauciores Lycurgus tulit. (*Plut.*) Plato vult paucas

amas esse promulgandas, propterea quod si Magistratus suo fungatur munere, legum multitudine sic superuacanea: si non fungatur, molesta & perniciosa. (*Alex. lib. 16. c. 14.*)

2. Sint perspicuae, non obscurae, nec ambiguae scriptae, alias interpretationes variae, controuersae infinitae oriuntur. (*Demost. in Timocratem, temp. in Const. nou. 77.*)

3. Sint de ijs, quae possunt fieri. (*Alex. lib. 3. cap. 14.*)

4. Sint iustae, & subditis vtilis, & quae controuersias paucissimas pariant, orta dissidia subito tollant. (*Uicr. in Nicocle.*)

5. Sint consuetudini, moribus, locis, temporibus, personis, conuenientes, respiciant maximè Reip. cuiusque formam. (*Arist. 2. Pol. c. 4.*)

SIGNVM XCIX.

MAXIMIS, ET NON NISI MA. *Fugamissimis, iustissimisq. de causis Leges (neruos ciuitatis) mutare, seu veteres abrogare, & earum loco nouas surrogare, seu substituire, & introducere.*

VT in morbis non sunt tentanda noua remedia, si veteribus possit ijs succurri: ita non est cogitandum de nouis legibus, si Reip. incommodis medicina aliqua possit adhiberi veteribus.

1. Charondas apud Locrenses legem tulit, vt si quis legem abrogare veterem, rogare nouam, veller, collo in laqueum inferto id faceret, vt si illa